



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An licitum sit Beneficia conferre dignis & idoneis, prætermis-  
sionibus dignioribus vel dignissimis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## SECTIO IV.

De iis, quibus beneficia  
conferri possunt, vel de-  
bent.

## §. I.

An & quare beneficia Eccle-  
siastica non nisi dignis, & idoneis sint  
conferenda, & de penis illa con-  
ferentium indignis?

Indignos ad beneficia Ecclesiastica eos  
iudicat Pontifex in *c. Grave 29. h. t.*  
quos nec morum honestas, nec litera-  
rum scientia (quæ tamen juxta varia be-  
neficia, varia est) commendat. Et his non  
vult in *tit. c. conferri beneficia*, sub  
pena suspensionis, incurrere ab inferto-  
re Prelato, si post unam, aut alteram  
correctionem se non emendaverit, vel  
sub pena juxta arbitrium Pontificis di-  
stinguenda, si ipse Metropolitanus in hoc  
delinquat, prout confirmavit etiam  
*Tridentinum Sess. 7. c. 3. de Refor.* pos-  
sunt quidem, si necessitas urgeat, &  
idonei reperiri non possint ad beneficia  
curata, idoneis etiam, & qui requi-  
sitam scientiam non habent, beneficia  
talia conferri, nisi tanta alicujus esset insci-  
tia, aut morum perversitas, ut sine  
gravi scandalo assumi non possit, debet  
tamen talis, quantum commodè po-  
test, dignum se & idoneum reddere, si  
promoveatur, aliàs ad fructus restituendos  
obligatus manebit: quicquid inò consul-  
tus est, ut in penuria idoneorum, uni-  
plures Parochiæ committantur, quibus

*Fishing. Compend.*

per se vel per Capellanum v. g. provi-  
deat, quam ut idonei assumantur.

## §. II.

An licitum sit Beneficia conferre  
dignis & idoneis, prætermis-  
sioribus vel dignissimis?

**E**pis copatus, & alia beneficia curata,  
quæ Ecclesiasticam jurisdictionem  
fori externi, vel non modici momenti  
administrationem annexam, habeat,  
non licet conferre minus digno, præ-  
termisso notabiliter digniore, & aptio-  
re, prout decidit *Trident. Sess. 24. c.*  
*1. & 18. De reform.* ita ut graviter vi-  
deatur peccare, qui contra agit: ageret  
enim talis in re factis magni momenti con-  
tra fidelitatem, qua ex officio, ob bo-  
num Ecclesiæ, de dignissimo provide-  
re obligatur: & quamvis illicitum etiam  
sit simplicia & non curata beneficia mi-  
nus dignis conferre, prætermis-  
sioribus, præsertim si passim, & fre-  
quenter id fiat, vix videtur tamen talis  
graviter peccare, secluso speciali statu-  
to, & si verè dignus ille sit, qui pro-  
moveretur, cum ex tali collatione nemini  
grave damnum inferatur: quin etiam  
valde probabile est, quod non sit (cæteris  
paribus) gravis obligatio ad benefi-  
cia curata inferiora, parochialia v. g.  
promovendi digniores, aut dignissimos,  
sed nihil peccaturum conferentem, ne-  
que ad ullam restitutionem Ecclesiæ fa-  
ciendam obligandum, si verè dignum  
ad tale beneficium promoveret, quamvis  
digniore prætermiserit (nisi specialis  
obligatio, aut tacitum saltem pactum  
in casu collationis in concursu faciendæ,  
K k k ad

ad digniorem præferendum eum obliget) cum contraria sententia, neque semper utilior sit Ecclesiæ, neque expediendis collationibus prosit, cum scrupulosi Collatores multum de digniore essent inquisituri: Certè si Patronus dignum præsentet, quamvis digniorem prætermittat, debet is ab Episcopo institui. Censetur autem in hac materia dignior, non qui absolutè doctior, sanctior, aut majore virtute præditus est, sed qui ad officium, cui præficiendus est, est aptior propter potentiam, nobilitatem, agendi industriam &c.

## §. III.

*Quenam qualitates seu conditiones in particulari requirantur in ijs, quibus beneficia Ecclesiastica conferuntur?*

Multa de hujus §. materiâ dicta fuerunt in lib. 1. Decretal. Tit. 14. De aetate & qualitate & ordine præficiendorum, quæ videti possunt.

## §. IV.

*De alijs duabus conditionibus, an ea necessario requirantur, vel requiri possint ad obtinenda beneficia?*

Dubatur primò an præsentia illius, cui confertur beneficium, sit conditio necessaria ad obtinendum beneficium, ejusque possessionem? Resp. negativè, quia absenti etiam Clerico confertur beneficium, etiam per intermediam personam, (si hæc habeat speciale mandatum ad acceptandum) & in eo investiri, ut ex dictis patet, & ex

*c. Accedens 24. h. t.* Et quamvis non sit, Clericum esse eum qui in tali beneficio, loco alterius, acceptum Procurator constituitur, absolute nec necessarium hoc non est, cum etiam Laicus procurator esse possit, & spirituale beneficium in principalem committere, veluti qui nudum ministrum in hoc negotio exercet.

Dubatur secundo, an per statum vel consuetudinem induci possit, ut in nobilibus & illustribus, exclusis ignobilibus, cæterisquæ idoneis admittantur ad dignitates, & Canonicatus in Ecclesijs Cathedralibus? Resp. reprobat hanc consuetudinem in *c. Veniens 37. h. t.* ita ut nec per ullam perpetuam consuetudinem induci possit, multò minus per statum, cum, ut dicit Pontifex, Romanus Argentiniensis in Germania ecclesiæ quæ contra aliquem à Papa promotam in Canonicum excepit, quòd pro ecclesiâ illa nobilitatus sufficienter non & eminentem scientiam non habuerit generis, sed virtutum nobilitatem faciat Deo, & idoneum Ministerium & eminentis scientiæ homines ex omni dignitatum (præsertim inter regnæ nobilitatis homines) reprobantur. Interim tamen negari non potest, multis Ecclesijs, præsertim nobilitatis gravem scilicet causam, ipso etiam Pontifice si beneficia in suis v. g. mensibus vacantia in tali Ecclesiâ conferat, ad consuetudinem talem attendente, & electionem contrariam non reprobatam quòd fortassis consuetudo talis à sua fundatione vigerit, si non ipsi